

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3077

Auteur(s) : Guillaume fils Rogues [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : ...1150...

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte notice portant que Guillaume fils Rogues donna à l'abbaye de St Sauveur la terre qu'il avait à Fontenay et partie de l'église ; que Guillaume de Vauville donna à la même abbaye l'église de St Jean des Chênes à Jersey avec la dîme de toute la paroisse, une vergée de son fief, une acre de terre que donna Baudouin, fils Ade, laquelle dépendait du fief de Guillaume de Vauville ; que cette donation fut faite du consentement de Richard et de Léon, fils de Guillaume et d'Hodierne, sa femme ; que Guillaume de Vernon, son seigneur, confirma cette donation en présence de Robert Bertram, d'Odon, son chapelain, de Guillaume de St Martin, de Robert Merle, de Richard de Vauville, de Raoul de Bequeville, d'Osmond de Bricquebec, à Pierreville et que les vavasseurs de Botteville firent donation de leur partie de l'église de Hermelande à la même Abbaye. Guillaume de Vernon, comme seigneur, confirma toutes les donations mentionnées dans cette charte.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 208, p. 290-291.

Dissertation critique

Datation proposée dans l'édition.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Willelmus Rogonis filius dedit abbatie Sancti Salvatoris de Constantino totam terram quam habebat in Fontaneo partemque ecclesie ad predictam terram pertinentem in elemosino perpetuo quietam et absolutam pro remissione peccatorum suorum ac pro animabus patris et matris sue omniumque suorum antecessorum, his testibus Ricardo de Angervilla, Symone de Grestenvilla, Ranulfo filio Rosce, Willelmo Folberto, Racino et Nigello filio Hugelini quam donationem concessit et confirmavit Willelmus de Vernone dominus ejus similiter in elemosina pro se suisque predecessibus a quo predictam terram tenebat. Hiis testibus Willelmo de Redvers, Brieno Dapifero, Willelmo de Morevilla, Willelmo de Salceio, Jordano d'Oglanres, Gaufrido de Hainou.

Iterum sciendum quod Willelmus de Wavilla dedit abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Johannis de Caisnibus que est in insula Gerso cum omni decima totius parrochie et unam virgeiam de feodo suo unamque acram terre quam dedit Balduinus filius Ade in eadem villa de supradicto feudo Willelmi in qua decima totius ville coadunetur apte ad opus monachorum concedentibus filiis suis Ricardo majore natu, Leone minimo similiter et Hodierna uxore sua pro anima patris sui qui eam primitus dedit eidem abbatie et pro animabus omnium

antecessorum et successorum suorum, his testibus Willelmo de Redvers, Alveredo, Willelmo Carbonello, Ricardo Malbeench. Quam donationem concessit et confirmavit Willelmus de Vernone dominus ejus pro Dei amore et pro se suisque predecessoribus a quo predictam ecclesiam tenebat. His testibus Roberto Bertran, Odone capellano suo, Willelmo de Sancto Martino, Roberto Merlo, Ricardo de Valvilla, Radulfo de Begelvilla minimo, Osmundo de Brichebec apud Perresvillam.

Iterum etiam sciendum est quod vavassores Boteville dederunt predicte abbacie scilicet Herveus presbiter, deinde Robertus filius Hugonis et Radulfus filius Rogerii et Radulfus filius Siboit, deinde Robertus filius Grentonis quicquid habebant in ecclesia Sancti Hermelandi cum omnibus decimis suis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus. Eodem vero die quo hec carta firmata atque sigillata fuit idem dominus noster Willelmus de Vernun concessit quod si quis hominum suorum supradicte abbacie Sancti Salvatoris in elemosina aliquid dare voluerit libere pro anima sua donet quia ipse concessit.